

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1571.

P A R S Q U A R T A.

391

Qui fulmine Laurentiano decumbunt, non eodem omnes modo habent. Bellissimè valet, quem nostro judicio minimè oportuit, nam & ego humani quippiam patior. Post eum qui non indignus est, Stephanus ædituus heri Ecclesiae pro precibus & piis hominibus pro subsidiis recuperatæ valetudinis egit gratias. Golius etiam & D. Beutherus non pessimè habent: sed hic thoracem convulsam conqueritur, ille læsas pedum calces. Faber, quem maximè sanum oportuit, interdiu utcunque valet, noctu recurrent alati sanè dolores: quod ego non semel πανόχθιος cum ipso & vidi. Familia nostra valet, & facimus officium mediocriter. Hæc apud Compatrem meum, Nicolaum Fabrum, quod gratioreis vobis existimarem lituras, quam nullas meas. Joh. Carolus summi templi Diaconus uxorem duxisse fertur, non inconstante rume, Pistoris ad insigne uvæ filiam. Valete in D O M I N O , 17. Septembr.

1571.

Vester

Johannes Pappus.

LXXII.

Salutem in Domino.


Ego vero neque rescribo tibi, mi Philippe, neque ipse venio, ac ne venturus quidem sum ante Idus Octobris. Neque tamen diutiis vel expectationem vestram, vel desiderium meum extraham, si ita DEO visum fuerit. ~~πανελογίας~~ autem, quem tu pro tuo in in me amore Socratum facis, aut Ethicum, vereor, ne quibusdam, si non Grammaticus, tamen Logicus videatur, hoc est, non opinione quidem mea, sed illorum judicio verus. Sed malo tamen cum obtricatione ~~εἰς δύσην εἴη~~, quam sine invidia ~~ἀνεργίᾳ τοτε~~ existere; de quo coram ad satieratē usque, si tamen ut ~~ἀπάντων~~, ita ~~εἰς παροφέλαις οὐ μικρὸς θλοπὸς~~ est. Herus & hera salvi redierunt & incolumes, pro quo beneficio Domino δ'χαεσία debemus. Insanus ille, cui sani non sani sunt, redditu Heri deferbuit, nec, ut per ejus absentiam, circumcurrit. ~~καὶ οὐδὲτε μάλιστας~~ hodie in Galliam profectus est. Agnetem nostram in matrimonium dedimus Rihelio Heilgensteinensi, quod si tibi mirum non erit, mirabor. Vale in Domino fæliciter, Argentorato, Cal. Octobris, ann. Servatoris. 1571.

Tuus ex animo frater,

J. Pappus.

Ec

Et postrid. Cal. h. e. hodie alia celebramus sponsalia, Joh. Feneratoris adoptati ab Oeconomio Prædicatorum & cognate hujus Oeconomi. Hac de causa Mater & Soror se excusati volunt, quod per hunc nihil scripserint.



LXXIII.

Gratiam & pacem à Servatore Christo.

Propediem plura coram loquemur; nunc ut moram excusem, paucis hæc humanissime mi Erasme. Haerendum enim adhuc mihi est duabus his hebdomadibus propter Heri & Ecclesiæ negotia. Velim etiam Theologorum vestrorum Censuram de Collatione, quam mittimus, hic apparere, priusquam ego discedo. Multi & varii libelli, quot jam multis non Nundinis, hoc Mercatu allati sunt, quorum bonaam partem apud vos extare non dubito: de reliquis, si licebit per otium, commentabimur. Ut autem consceleratam quorundam malitiam videoas, en quomodo Lutheranis factionum studiis distractis illudant. Authoris nomen enim est additum, ego ausim affirmare, ex Orco & Styge ~~inveni~~ hanc Logicam promanaisse. Compescat te Deus Satan. Et hoc incendium è cathedra Lutheri nobis nascitur, quod præter Filium DEI nemo restinguet. Etiam veni Jhesu. Scripti pauca quædam Dn. D. Simoni, ut tu videbaris velle, tametsi maluissem ei nihil scribendo non molestus esse. Salutant te domestici, Weislandus, Mügius. Benè in DOMINO vale, Argentorato postrid. Calend Octobr, anno 1571.

Tuus ex animo frater

Johannes Pappus.

LXXIV.

S. Quod salvus ad tuos redieris, cum tibi tum Ecclesiæ gratulor, maximè vero, quod domi pacata omnia inveneris. Domini beneficium est, cuius virtute repressa sunt inconsiderata pernicioſaque molimina; idem donet, ut porrò frui pace domestica possitis, inque publicam ædificationem studia omnia convertere. Satis enim & plus fari controversiarum foris est, quas ex æditis hisce præfertim nundinis hinc inde libellis licuit cognoscere, quez quantos triumphos exhibent hostibus res ipsa docet. Evidem si visum est Domino, sic nos cribrari, supplicibus votis invocari à piis omnibus debet, ut hosce tam graves paroxysmos ad sanitatem ipse convertat, & impio-